

Psalmus

LXXXVII

207

pugnat: aliquid illis militat. Itaque fratres mei: si putatis aliquid tale habituros nos in illa patria ad quam nos exhortat tuba celestis: et propterea vos a presentibus abstineris ut illic talia copiosius recipiatis: sic estis quo illi qui se iunant propter epulas maiores: et continent se a maiori incontinentia. Nolite ergo sic ad aliquid vos ineffabile preparare: mundate cor ab omnibus affectionibus vestris terrenis et secularibus. Esuri sum? quidam: quo viso beati erimus: et hoc solum nobis sufficiat. Et quid? Non manducabimus? Immo manducabimus: et ipse erit cibus noster: qui et reficiat: et non deficiat. Tanquam iocundatorum omnium habitatio in te. Jam dictum est vnde iocundabimur. Beati qui habitant in domo tua: in secula seculorum laudabunt te. Laudemus et modo dominum quantum possumus: mixtis gemitibus: quod laudando eum desideramus eum: et nondum tenemus. Et tenuerimus subtrahet omnis gemitus: et remanebit sola et pura et eterna laudatio.

Explicit Tractatus de ps. LXXXVI. Incipit Tractatus de ps. LXXXVII.

Propositio.

Psalmi huius octogesimo et septimo titulus: habet aliquid quo novum negotium disputatori afferat. Nisi enim aliorum psalmodiorum positum est quod bic legitur: Pro melech ad respondendum. Nam de psalmo cantici: et cantico psalmi: alias iam quid nobis videret dixerimus: Et filius chore vitarum in titulis psalmodiorum sepius tractatum est: et quod sit in finem: Sed quod sequitur: Pro melech ad respondendum: hoc inusitatum habet iste titulus. Pro melech autem latine: p choro dicitur potest. Melech enim verbo hebreo choro significat. Quid est ergo p choro ad respondendum: nisi forte ut canenti chorus consonando respondeat: Sicut non esse solum: sed alios quoque psalmos credendum est esse cantatos: quibus alios titulos acceperunt: quod factum existimo causa varietatis que fastidium levaret. Non enim solus iste psalmus dignus est habitus ubi responderet chorus: cum vix non sit solus de domini passione conscriptus. Aut si est alia causa cur tanta sit varietas titulorum: qua possit ostendi ita psalmos omnes esse honoratos: qui sunt aliter atque aliter honorati: ut nullus titulus valeat alicui alteri convenire: ego eam fateor cum multum conatus essem penetrare non potui. Et si quid de hac re legi ab eis dictum qui ante nos ista tractaverunt: non sanissecte expectationi siue tarditati mee. In quo igitur mysterio dicam tibi videat. Pro choro ad respondendum: id est ut canenti p chorum respondeat: exponat. Domini hic passio apparet. Dicit autem apostolus petrus: Christus p nobis passus est: relinquens nobis exemplum ut sequamur vestigia eius: hoc est respondere. Dicit etiam apostolus iohannes: Sicut christus p nobis animam suam posuit: ita et nos debemus animam p fratribus ponere: hoc est respondere. Chorus autem concordiam significat: que in charitate consistit. Quisquis ergo quasi emulato dicitur passionis tradiderit corpus suum ut ardeat: si charitatem non habeat: non ridet in choro: et ideo nihil ei prodest. Proinde quemadmodum dicunt in arte musicorum: et succentor: hinc tenet in choro: et ideo nihil tenet: succentor autem qui subsequenter canendo respondet: ita in hoc cantico passionis procedente christi sublequitur chorus martyrum in fine celestium coronarum. hoc

est canis filius chore: id est imitatoribus passionis christi: quoniam in caluarie loco crucifixus est christus: que illius hebrei nominis interpretatio phibet: id est chore. Et hoc est intellectus eman israelite: quod in tituli huius ultimo positum est. Eman quippe interpretari dicit fratres eius. Eos enim fratres suos christus facere dignatus est: qui sacramentum crucis eius intelligit: et non solum de illa non erubescunt: verum etiam in illa fideliter gloriantur: non se de suis meritis extollentes: sed eius gratie non ingrati: ut unicuique eorum dici possit: Ecce vere israelita in quo volus non est: sicut ipse israel scriptura sine dolo fuisse commendat. Ita itaque christi vocem in prophetia presentis audiamus: cui suus chorus vel imitatio vel gratiarum actione respondeat.

Expositio psalmi.

Domine deus salutis mee: in die claudam et nocte coram te. Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam. Oravit enim dominus: non finem formam: sed finem formam servavit. Secundum hanc enim et passus est. Oravit autem et cum in letis rebus ageret: quod dicitur nomine: et cum in adversis quod noctis nomine significari arbitror. Ingressus orationis in conspectu dei: acceptatio est: Inclinationo auris dei misericors exauditio est. Nam membra talia qualia nos habemus in corpore non habet deus. Est autem solita repetitio. Nam quod est: Intret in conspectu tuo oratio mea: id ipsum est: inclina aurem tuam ad precem meam. Quia repleta est malis anima mea: et vita mea in inferno appropinquavit. Audemus ne dicere animam christi repleta malis: cum illa passionis afflictio in carne valuerit quicquid valuit. Et in ipse suos ad tolerantiam passionis accedens: et tanquam ad respondendum exhortans chorum suum: Nolite inquit timere eos qui corpus occiderunt: animam autem non possunt occidere. An occidi anima a persecutoribus non potest: malis autem repleti potest: quod si ita est: quod respondendum quibus? Non enim vitis propter que homini dicitur iniquitas: animam illam repleta possumus dicere: sed forte doloribus quibus? anima suae carni et eius passione compatitur. Non enim vel ipse qui dicitur corpus dolor potest esse sine anima: que inenarrabiliter iminentem preceperit misericordiam: que solus ante dolor est. Dolere ergo anima etiam non dicitur corpore potest: dolere autem corpus sine anima non potest. Cur itaque non dicam non hominis peccatis: sed tamen humanis malis repleta fuisse animam christi: De quo apostolus propheta dicit quod pro nobis voluerit: Et evangelista: Assumpto inquit petro et duobus filiis zebedei cepit contristari et melius esse. Et ipse dicit de seipso: Tristis est anima mea usque ad mortem. Hec futura fuit anima psalmi huius conscriptor: inducens enim loquitur: Quia repleta est inquit malis anima mea: Et vita mea in inferno appropinquavit. Nam ipsa sententia omnino verbis aliis explicavit: quod dictum est: Tristis est anima mea usque ad mortem. Quod enim ait: tristis est anima mea: hoc dicitur est: Repleta est malis anima mea. Et quod sequitur: usque ad mortem: hoc dicitur est: et vita mea in inferno appropinquavit. Hos autem humanam infirmitatis affectus: sic ipsa carne infirmitatibus humanam ac mortem carnis humanam dominus seipsum: non conditionis necessitate: sed misericordiam voluntate suscepit: ut transfiguraret in se corpus suum quod est ecclesia: cui caput esse dignatus est: hoc est membra sua in sanctis et fidelibus suis: ut si cui eorum inter humanas tentationes contristari et dolere contingeret: non ideo se ab eis gratia putaret alienum: et non esse ista peccata: sed humanam

Matth. 27.

Job. 1.

L

Al. 7. Quia.

Al. 1. non habet.

D

Matth. 10.

3. sent. dist. 15.

Sed quia.

Esa. 55.

Matth. 26.

Ibidem.

E

3. sent. dist. 15.

Sed quia.